peripateticorum maxime doctoris Sub. locis p̄al-
legatis cū dubitationib⁹ subtilioz dissolutione: z hęc
de secundis intentionibus dicta sufficiāt.



Quid per conceptum uoluerint phantes.
Distqz autem de secundarū
intentionū na-
tura differimus. superest de conceptu de-
terminare. Pro cuius intelligētia est scitu-
dignissimum. q̄ equiuocatio quolibet req̄-
rit distinctionem. ne contradictoria cōtingat opinari
uera. que p̄fecta distinctione cōtradictoria non am-
plius uidebunt̄. nam in equiuocis non est cōtradictio
primo elenchoz. distinguendum est igitur de conce-
ptu propter ipsius multiplicitatē pluribus occultaz.
¶ Dicimus igitur q̄ conceptus duplex in genere cō-
peritur. alter ex ratione se tenens. Alter vō ex obie-
cto cognito. Conceptus autem ex ratione se tenens
est rei cognitio quam habet intellectus de re. z dicit̄
tur qualitas de prima specie qualitatis. z formalē ap-
pellant peripatetici. eo q̄ formaliter intellectus est
intelligens: aut obiectum concipiens intellectione ul
conceptu. ueluti albedine formaliter aliqd̄ albū dī. z

Secūdi
talis conceptus tri-
tionis operatione
dicitur intellectio
pus. ¶ Conceptus
teret obiecti dicit̄
minat scribit doct̄
remate. 8. p̄ncipi
p̄liciter auditur. A
ter vō a ratione p̄
ratione causatus ob
dicimus quando
Sed dubit
tionis: z cognoscit.
lectus enim est vir-
de anima. t. 2. 17.
tionis actus p̄sup
p̄supponit. qui ob
supponit. siue colla
p̄cedente poterit
lecti p̄suppositio
tentia: uel actu coll
p̄ter hoc non conc
postq̄ ab actu coll
ultima doctoris
theoremate p̄mo.
hęc natura p̄cedit
derelictus uariatu
triplex intellect⁹ o
cursum: sic z tripl
cōperitur. ut in p̄
dicit̄: z reliqua: sub
re. in scōa autem: u
similia. in tertia vō
muse inductione: ent
dicit̄. Alter vō cō
z est quodlibet ob
loci lapis: z similia
ceptas: ut dicim⁹.
Est autem
se tenens ex parte r
primū pro re. que
ne cognoscendi. p̄
nitio est cōceptus.
tur. uel quodlibet
ceptus. z fm istas
z si p̄terioz peripa
acceperint. ut Joa
q̄one. 3. primo p̄o
¶ Secūdo p̄o
p̄ndendū specie
cum obiecto. ¶
uel actuali intelle
nis actu causat̄. ut
to summit̄ pro ob
iecto actu cognit̄
Joan. Scotus in
quid intellectus
rei naturam disc
uisione. ¶ Est
Subst. in theore
ctum: z intētio co
mus. qz cuiuslibet

talis conceptus tripliciter diuiditur iuxta triplices ra-
tionis operationem (ut prædiximus) et quot modis
dicitur intellectio tot modis etiam conceptus sic sū-
ptus. Conceptus autē se tenens ex parte rei cog-
niti: uel obiecti dicitur quicquid intellectus actum ter-
minat scribit doctor Subtilis in theorematib⁹. theo-
remate. 8. principali. et 2. sententiarum dist. 3. et hic du-
pliciter auditur. Alter enim a ratione causatus. Al-
ter uero a ratione præsuppositus. Conceptus autem a
ratione causatus dicitur intentio quolibet secunda (ut
diximus) quando ratione cognoscitur.

Sed dubitatur qualiter conceptus dici-
tur actum terminare ra-
tionis: et cognosci. si non præsupponit a ratione: intel-
lectus enim est virtus passiva præsupponēs obiectum
3. de anima. t. 2. 17. Respondēdo et dico quod sunt ra-
tionis actus præsuppositi ad inuicem. et scdus p̄mum
præsupponit. qui dicitur rectus. et reflexus scdudū præ-
supponit: siue collatiuus. ideo quod causabit ab actu
præcedente poterit actu posteriori concipi et erit ob-
iecti præsuppositio ab actu potentie reflexo. lz nō a po-
tentia: uel actu collatiuo. qz per ipsum causatur. et pro-
pter hoc non concipiunt intentiones scdē nisi reflexe
postq̄ ab actu collatiuo causate fuerint: et hæc est subti-
lissima doctoris Subtilis intentio in theorematib⁹
theoremate p̄mo. dū retulit q̄ intellectionē intelligi-
bile natura præcedit. Hic autem conceptus p̄ actū
derelictus uariatur ex opatione rōnis. Nam sicut est
triplex intellect⁹ opatio. s. simplex: compositiua: et dis-
cursiua: sic et triplex est huiuscemodi concept⁹ in illis
cōperts. ut in p̄ma rōnis opatiōe sunt: genus: spe-
cies: et reliqua: subiectum: p̄dicatū: diffinitio: et c. in scda
autem: ut propositio: cōuersio: oppositio: et
similia. in tertia uero sunt argumentatiōes. ut syllogis-
mus: inductio: entimema: et exemplum. ut patet ex p̄-
dictis. Alter uero cōceptus dicitur a rōne præsuppositus
et est quodlibet obiectum nō cātum ab intellectu: ut co-
lor: lapis: et similia. et cōceptus talis uariatur s̄m res cō-
ceptas: ut dicitur. q̄ alius concept⁹ est color. et alii lapis.

Est autem attentione dignum q̄
conceptus
se tenēs ex parte rei concept⁹ dicitur dupliciter accipi.
primum pro re. que cognoscitur. alio modo pro ratio-
ne cognoscendi. s̄m qd dicitur a peripateticis q̄ diffi-
nitio est cōceptus. quādo sub ipsa diffinitum concipi-
tur. uel quodlibet sub quo aliquid concipit dicitur cō-
ceptus. et s̄m istas acceptiones uerius usitat cōcept⁹.
et si pleriq̄ peripateticorum multipariam cōceptuz
acceperint. ut Joannes canonicus primo philosophorum
qōne. 3. primo pro potētia concipiēte: uel intellectu.
Secūdo pro specie intelligibili: uel medio concipi-
endi: nam species est medium coniungens potētiā
cum obiecto. Tertio autem pro actu concipiēdi:
uel actuali intellectione. Quarto pro eo quod rō-
nis actu causat. ut genus est: uel uniuersale. Quinto
summit pro obiecto cōceptibili. Sexto pro ob-
iecto actu cognito. et hic est uerus cōceptus ut inquit
Joan. Scotus in theorema. q̄ conceptum uoco quic-
quid intellectus actum terminat. Nos attamen
rei naturam discussimus sufficienti peripateticorum
diuisione. Est attē aduertendum ut refert doctor
Subtilis in theore. theoremate. 8. q̄ cōceptus: et ob-
iectum: et intētio coincidunt lz obiectum uideat commu-
nius. qz cuiuslibet potētie cōuenit. sed intentio uel cōcep-

ptus ratiōi magis congruit. et dicit de obiecto conce-
ptibili: uel concepto. et diuersimode usitant apud phi-
losophantes inquit doctor Subtilis. nam arabes: ut
Auerois: et Auicēna utunt nomine intentionis: in co-
gnoscibilib⁹: et Auerois summere dupliciter intentio-
nem solet sicut et conceptum diuisimus: vno modo sū-
mit intētio pro actu considerandi. ut inquit Auerois
in p̄ncipio prædicabilem. q̄ intētio in hac dictiōe est
explanatio eorum que cōtinent in libro Porphyrii. in
introductione ad sciām ratiōalem. et idē sentit in p̄n-
cipio p̄ntorum. et p̄rio phier⁹. et alibi sepe. Alio uero
modo summit intētio pro re concepta. ut inquit Aue-
rois in cap. de genere et specie. q̄ genus dicit de trib⁹
intentionibus. et in libro p̄dicamentorum. et primo po-
steriorum. 2. 2. et alibi. et inquit ulterius doctor Sub-
tilis q̄ intentio uel cōceptus equiuoce dicit de ob-
iecto cognito. et actu cōcipiēdi. ut p̄ speculati. Ex
quibus patet quid per cōceptū audiat a philosophan-
tibus. et qualiter pluries decipiunt disputantes in ac-
ceptione cōceptus. et qualiter cōceptus est ens in ani-
ma: uel extra. et qualiter est q̄litas: uel substantia ex sin-
gulari peripateticorum sententia.

De rationis obiecto.

Determinaturus autem de scdārum
intentionuz cog-
nitione. nunquid per se concipiant. uel per accidens: ne-
cessarium uidetur de rationis obiecto differere. nam
dicitur obiectum potētie causa ceterorum: cur p̄ se uel p̄
accidēs a potētia comprehendant. Quum igitur virtus
rōcinatiua sit de potētiarum numero passiuarum. qui-
bus obiectum assignare opere precium est. id primit⁹
discutiendum est de rationis obiecto. de quo diuer-
sa senserunt phantes. quo promptius quid per se co-
gnitum uel per accidens obiectuz cognoscatur. ut au-
tem expeditius de propositis differamus. dicimus q̄
potest intellectui assignari triplex obiectum: primum
aut quidem primitate virtualis continentie: aut p̄mi-
tate motionis: aut primitate terminationis: quid au-
tem per hos terminos audiat. dicimus q̄ obiectuz p̄-
mum p̄mitate virtualis continentie dicitur illud qd
ita concipit intellectus. q̄ aut est ipsum cognitum: aut
ipsius virtute concipitur. quicquid a potentia ratiocli-
natiua concipitur. uelut dicimus in diuinis q̄ essentia
diuina dicitur primum eterne lucis obiectum p̄mita-
te virtualis continentie. qz diuinus intellectus non in-
telligit nisi essentiam suam: tanq̄ obiectum primariū:
et si concipit creaturas concipit ut obiecta scdāria vir-
tute sue essentie. inquantū relucēt in illa: propter emi-
nentialem continentia. ut p̄notauimus in prima dif-
ficultate. aliter vilesceret intellectus diuinus. si concipi-
peret obiecta finita virtute ipsorum. ut arguit Arist.
12. diuine sapientie. t. 2. 51. cui consentiunt diuini philo-
sophi de cognitione primi motoris omnia cognoscē-
tis. nunquid autem deus entia creata cognoscat uelut
obiecta scdāria in via philosophi non est præ-
sentis speculationis. obiectum uero primum primita-
te motionis: est id quod est potentie motuum in hoc
statu (ut prædiximus.) cuius cognitio est per propria
speciem genitam ab intellectu agēte et fantasmate sup-
plentibus vnam causāz totalē: ut scribit doctor Sub-
tilis. 14. qōne quolibetorum. et tale obiectum potē-
tie motuum dicitur in anima sui cognitionem genera-
re. dato q̄ non sit de ratione cuiuslibet obiecti causa-
re noticia (ut probauimus) dubitatione scdāda qz de

ratione obiecti est precise terminare actum potestatis. ut
luti sunt entia rationis: et materia: et relationes: obiectum vero
primarium potestatis terminatum dicitur id. quod intelle-
ctus actum terminat: aut tanquam obiectum: uel ratione cognoscendi

Quibus uisis dicitur. quod si querat de ratione
obiecto primo modo. quod
est secundum virtuales continentiam ponitur ista conclusio. nullum
potest obiectum rationis humane ponitur primum secundum virtuales
continentiam. cuius probatio est. omne quod est sic rationis ob-
iectum primum est quod est primum cognitum et ipsius vir-
tute cetera cognoscunt. in quo continentur eminent. sed
nullum rationis obiectum est tale: non potest enim aliqua
creatura stabiliri pro rationis obiecto primario quia non est p-
fectior omnibus entibus. nec potest poni ens obiectum ta-
le. quia deus non est rationis obiectum naturale: sed uoluntarius.
ut inquit Sanctus Augustinus. quia deus non videtur nisi
quod vult videri igitur non potest dari rationis obiectum pri-
mum secundum virtuales continentiam.

Sed dubitatur quia dicitur communi ab om-
nibus theologis quod de-
us est rationis obiectum primum primitate perfectionis. ut
etiam confirmat hiericus de gandauo et doctor Sub-
tilis primo iniarum dist. 3. Rursus et dico. quod primitas di-
uine perfectionis non concludit rationem naturalem obiecti respe-
ctu nostre rationis. uerum est enim quod de cognoscibilibus ab
humana ratione nullum perfectius ente primo completum. non tri-
nialiter attingimus: maxime secundum propriam diuinitatis ra-
tionem. Querimus autem de eo quod potest poni rationis
obiectum naturale secundum virtuales continentiam ratione primo con-
ceptus. et dicitur ulterius. quod necdum rationis humane po-
nitur obiectum tale. sed etiam intelligitur non caret ob-
iecto tali. dato quod intelligant per essentiam suam. ut uo-
luit Aristoteles. diuine philosophie locis allegatis et ali-
bi sepe. quia non angelica non omnia conceptibilia continet:
eminenter aut virtualiter: maxime proprie cause diuinitate
et hoc est quod uoluit doctor Subtilis iniarum primo di-
st. 3. et frater sciscus de mayronibus in conslatu dist. 3.
et omnes fere solertiores diuinitatis interpretes. quod est
unicus solummodo intellectus omnia per essentiam com-
prehendens. et est lux increata primi motoris cui mira-
bili sententia consentit Auerois. 3. de anima. 2. 14. ubi dicit
quod nullus est intellectus a potentia liberatus preter pri-
mi motoris eternum lumen. et idem asserit in de-
struc. disputatione. 3. Si uero querat de rationis ob-
iecto primo primitate motionis. quod est naturaliter ab intel-
ctu cognoscibile cariturus sue cognitionis in intellectu
dicimus quod dupliciter intellectus auditur a proprietate non
gentilibus diuinitatis exprimitur. aut enim intellectus (ut intellectus
est) secundum propriam naturam. aut ut coniunctus. si quidem primo
modo sumatur intellectus. dico quod obiectum primum primitate
motionis (ut intellectus est) ponitur ens finitum com-
mune absoluto et respectiuo: cuius terminus est limi-
tatus. et hec est subtilissima philosophorum sententia cui do-
cto. Sub. intentio conformatur in secundo iniarum. dist. 3. et
14. quodone quolibet. cuius ueritas declarat: dicitur enim
primo ens finitum. quia primum motor non est naturaliter a no-
bis attingibilis sub proprio conceptu dato quod per uiam
motoris et calitatis a posteriori cognoscatur. ut scribit Ari-
stoteles. et Auerois. 8. phisicorum. 2. 1. proprie philosophie. 1. 2.
4. 1. et sequentibus. ubi phisicorum inuestigat esse intelligitur: et
pluralitatem per uiam motus: et per numerum latitudo-
num. 13 in phisicis illud principaliter agatur. Dicitur
ulterius commune absoluto: et respectiuo. quia quodli-
bet tale potest gignere sui noticiam naturaliter in intel-

lectu: dicitur ulterius quod potest ens respectiuum motus
ue concipi. dummodo sit terminatum ad ens finitum. non
autem ad ens infinitum. cuius causa est. quia motus tunc
et naturaliter cognoscere quodlibet ens respectiuum
et etiam terminus respectus. quum respectus non co-
gnoscat sine extremis. tunc enim cognoscendo respec-
tum naturaliter. terminus etiam cognoscere natura-
liter. quod est falsum. quia sicut deus non est naturaliter
cognoscibilis. ita nec dependentia creature ad deum na-
turaliter concipitur. et ideo dicitur quod requiritur terminus li-
mitatus ad respectum naturaliter concipiendum.

Sed contra cur est quod relatio finita ponitur
obiectum motuum si nullius
est actiuitatis? Respondeo quod relatio non remouetur a ter-
mino absoluto in sui cognitione. Sed propter cur in pre-
cedentibus negatum est relationes solummodo rationis
actus terminare? Rursus quod intellectualis potentia in
cognoscendis rebus in hoc statu mediante sensu impe-
ditur a motione rerum. sicut substantia non potest ab in-
tellectu motus concipi in hoc statu: que tamen in intel-
lectu proportionato sui noticiam causaret. et hec sunt
speculari subtilestima: et pluribus occulta. Si uero
querat de rationis obiecto corpori iuncte in hoc statu. di-
cimus quod est secundum communitatem opinionem quoditas rei
sensibilis: ut inquit Auerois. 3. de anima. 2. 26. Cuius ue-
ritas probatur. illud est primum rationis obiectum primitate
motionis. a quo dependet omnis potestatis cognitio
in esse et causari. sed quoditas rei sensibilis est huiusmo-
di. igitur quoditas rei sensibilis est primum potestatis ratio-
nalis obiectum motuum. patet argumentum cum maiori
ex prenotatis. minor autem probatur ex Aristotele. inten-
tione in de sensu et sensato. et posteriorum primo. 2. 33. quod
omnis nostra cognitio oritur a sensu. et deficiente aliquo
sensu in nobis necesse est deficere cognitionem sensibi-
lis illius sensus. et 3. de anima. 2. 12. et 14. et 32. et 39. scri-
bit phisicorum et Auerois quod intelligere nostrum aut est fanta-
sia. aut non est absque fantasiari. et necesse est intelligere
et fantasmatum speculari. et huic sententia consentit doctor
Sub. quodone. 3. predicabilium. 7. 4. et primo iniarum dist. 3. et
7. proprie philosophie. et primo reportationum. dist. 3.
et omnes fere conueniunt. et propter hoc etiam beatus
Thomas censuit quoditas materialem rationis ob-
iectum ponitur: licet hoc fuerit opinatus propter maio-
rem proportionem inter potestatem et obiectum. que col-
ligitur ex natura potentiarum: nam comperimus quas-
dam potentias imersas penitus materie. sicut sunt sen-
sitiue potentie. que apprehendunt obiecta tantummo-
do materialibus conditionibus requisitis. et inuoluta
que sunt organice potentie. que dam uero potentie dicun-
tur penitus abstracte a materia tamen esse. que secundum ope-
rari. quemadmodum sunt entium separatorum vir-
tutes cognitive. que retinent essentias pro sue cog-
nitionis obiectis. ut sepius diximus ex Aristotele. et Aue-
rois intentione. quod in abstractis a materia idem est intel-
ligens et intellectum. Quodam uero dicuntur poten-
tie materie coniuncte secundum esse. non autem secundum ope-
rari. quia non sunt potentie organice. sicut est intelle-
ctus: et uoluntas: et tales debent habere obiecta ab-
stracta secundum considerationem. Coniuncta uero secundum esse
et tale obiectum dicitur quoditas rei materialis. cuius
opinio et si videatur admittenda quantum ad hoc
quod quoditas rei sensibilis est obiectum primum motus
ne. non tamen propter illam requisitam proportionem.
quia non esset illo modo proportio inter potestatem et ob-

Secundu
lectum. sed potius
cessaria respectu co
riori conditione de
dicitur enim propo
non enim requiritur
entiam cognoscen
lecti entia compo
et intelligentias a
et proportio. que n
falsitas. immo pot
ctus. Sub. primo sen
obiecti ad potestiam
que non requiritur sim
per assimilationem
cum intelligendi rec
bilis imago. tamen
tam ad modum esse
dicitur quid sit rat
luer in hoc statu cog
rum etus non ponit
bium. conuenit inte
omnium disciplinar
lectus agentis cu po
et primum motorem
le ab humano ingen
re. 3. 2. 8. quod na frust
telligibilis et nobis
no gram ualeat. plu
Socrus p. sen. dist. 3.
Si uero qu
mationis. quod int
esse obiectum tali
do ex natura potentie
ne attingentis virtute
comunitatem uniuo
na et reliqua depend
Subtilis primo iniar
3. 2. 2. iniarum dist. 3.
uoc. quod si remouebit
et terminatur. et ideo
tas dist. 3. primi sente
ratio entis nullum po
et ideo plurimifrate
negante entis uniuo
logia. Contra. tunc quod si
egras uniuo neutra
com uniuocatione. no
rationis analogia. tum
hationis nota non fa
si seiplo communius. et
comunitas quod suba et
cognitionis. requiritur al
datur potius fuga ue
re in pluralitas conc
uocatio. et queratur in
tationis obiectum
Donitur e
primatate terminatio
unitudinem sue uniuo
ur ex intentione Ar
ma. 2. 17. et 18. et 39.
tas entis. et Auicena

p'mario

Secūdus

Quid sit p se concipi

lectum. sed potius similitudo. que non est potentie necessaria respectu cognoscibilium. et ideo deficit in ueriori conditione de positione rationis obiecti. confutatur enim proportio in similitudinem. et econuerso. non enim requiritur similitudo inter obiectum et potentiam cognoscentem. quia tunc qualiter concipiet intellectus entia composita materialia: (ut materialia sunt) et intelligentias abstractas. sed requiritur ad cognitionem proportio. que non est similitudo nec similitudines includens. immo potius dissimilitudines. ut scribit doctor Sub. primo sententiarum dist. 3. nam proportio obiecti ad potentiam est proportio moueris ad mobile. que non requirit similitudinem. dato quod cognitio fiat per assimilationem per speciem intelligibilem uel actum intelligendi receptum. qui dicitur uera cognoscibilis imago. tamen dicitur simpliciter dissimilitudo quantum ad modum essendi rationis: et obiecti. Palaz est igitur quid sit rationis obiectum motiuum naturaliter in hoc statu cognoscibile de facto. 13 philosophorum certus non ponens alium statum (de quibus est dubium) censuerit intellectum felicitari per adeptiones omnium disciplinarum propter continuationes intellectus agentis cum possibili. 3. de anima textu et 2. 36. et primum motorem esse obim naturaliter attingibile ab humano ingenio ut etiam 2. meth. scribit Auerrois. 2. p. q. na frustra egisset intelligentias maxie intelligibiles et nobis ignotas. que quidem argumentatio quantum ualeat. plurimi theologorum litigant. ut iquit Scotus p. sen. dist. 3. 7. 2. meth. 3. de quibus alias.

Si uero queratur

de rationis obiecto primo pmitate terminationis. quod intellectus actum terminat. dico quod ens est obiectum tali pmitate primum. et hoc loquendo ex natura potentie. uel passiuæ est. non autem in ratione attingentis uirtute. ppria: sumpto ente fm tota sui comunitatem uniuocam: et extensionem ad causam primam et reliqua dependentia siue creata. ut scribit doctor Subtilis pmo sniarum in prologo qone pma. et dist. 3. et 2. sniarum dist. 3. et dixi fm comunitate entis uniuoci. q. si remouebit uniuocatio destruet unitas obiecti terminatiui. et ideo singulari snia scribit Jo. Scotus dist. 3. primi sententiarum. q. si remouebitur uniuocatio entis nullum ponet primum rationis obiectum. et ideo plurimi fratres destruxerunt obiecti rationem negantes entis uniuocationem. sed dicit. sufficit analogia. Contra. tu q. si dicitur analogia: aut est cum conceptus unitate neutralis ab uniuocatis. et sic se tenebit cum uniuocatione. non est enim impossibilis uniuocationis analogia. tum quod conceptuum pluralitas cum distinctionis nota non facit unitatem obiecti. quum nihil sit seipso comunitus. quia substantia: uel accidens: non est comunitus quod suba et quod accidens. nisi quia ad ueritatem distinctionis. requiritur alterius partis uerificatio. et ideo uidetur potius fuga ueritatis. quam solutio dubitationis. si uero sit pluralitas conceptus cum analogia. tunc est equiuocatio. et queratur inde qualiter equiuocum stabiliatur rationis obiectum primum?

Donitur ergo

conclusio. quod obiectum primum rationis pmitate terminationis est ens esse secundum totam latitudinem sue uniuocationis. cuius ueritas colligitur ex intentione Aristo. 3. meth. t. 2. 10. et 3. de anima. t. 2. 17. et 18. et 39. et alibi sepe. quod intellectus est totius entis. et Auicena primo methaphisice censuit idem

et Albertus primo 7. 4. 7. 7. diuine philosophie. Est autem attentione dignum. quod dato quod intellectus habeat ens. sic commune deo: et creature: primum obiectum. tamen dicitur primum: ut intellectus comparatur ad illud in ratione recipientis: non agentis. dicitur enim recipientis: eo quod quum intelligere sit quoddam pati. 3. de anima. et intellectus sit cognitionis receptiuus cuiuslibet entis. ideo dicitur quod intellectus obiectum primum est ens commune fm totam latitudinem uniuocationis: in ratione passiuæ: non autem dicitur intellectus se habere respectu entis in ratione actiuæ. quia tunc seque retur. quod naturaliter intellectus posset cognoscere quodlibet ens. quod est impossibile maxime propter diuinitatis naturam. dato quod sit capax cuiuslibet cognitionis in recipiendo: si per intellectus eleuationem contribueretur ei ueluti contigit in raptu Pauli. ex quibus patet quid sit primum rationis obiectum motiuum: et quid terminatum: notabili philosophi sententia et solertium peripateticorum.

Quid sit per se concipi uel per accidens.

Postquam autem

de primo rationis obiecto pertractauimus iuxta ueriores theologorum et philosophi limites. superest determinare de modo cognoscendi rerum qualiter que dam dicantur per se que dam uero per accidens ab intellectu concipi. Pro cuius intelligentia est notandum quod potentia habens obiectum adequatum dicitur ab illo terminari quantum ad extensionem sue operationis. siue fm formalem causam cognoscendi siue virtualem. Dicimus enim quod obiectum quando potentie assignatur adequatum eo modo quo est adequatum dicitur esse ratio cognoscendi. aut formalis quando pars subiectiua concipitur. in qua formaliter includitur. ut lapsus includens entis conceptum. si cognoscitur sub entis ratione. dico quod entis conceptus est ratio formalis concipiendi lapidem. Dicitur etiam quod aliquando est ratio virtualis cognoscendi ea que reducuntur ad obiectum. nam ueluti diximus in prioribus. quod sicut non est de ratione subiecti scibilibus formaliter predicari de cunctis ad illum habitum pertinentibus. ita dicitur de rationis obiecto. quod non est ei necessarium formaliter predicari de quibuslibet cognoscibilibus ab intellectu. sed sufficit. quod aut sit ipsum obiectum cognitum. aut sub ipso formaliter aliquid concipiatur. ueluti est pars subiectiua. cui conceptus formaliter includitur in illa. aut requiritur quod ipsius uirtute que reducuntur ad ipsum cognoscantur. que admodum uoluit philosophus. 9. prime philosophie. et in post predicamentis. et 4. diuine sapientie. quod negationes: et priuationes cognoscuntur per affirmationem: et habitus in quibus concurrunt entis conceptus: non quidem formaliter: quia priuatio est pura negatio et formalis est nihil. 4. diuine philosophie. ideo dicitur obiectum sic adequari potentie. Quibus per actus dicimus quod obim per se concipi dicitur quod per primam rationem: uel obti primi rationem cognoscit. que admodum dicitur color per se concipi. quando conceptus fuerit sub propria ratione inquam est talis qualitas uisibilis: aut sub ratione comuni qualitatibus: aut sub ratione entis: et enim tales rationes dicimus colorem per se concipi. quia sunt de coloris intellectu formali. Per accidens uero concipi dicimus obiectum quando non ex se: sed alterius ratione virtualiter concurrerit. concipit. in quo ratio primi obiecti formaliter non includit. neque proprium entis

titatis gradū retinet. s^om quem terminare possit actū rationis. q^od non cōtingit in simpliciter simplicib^o maxime passionibus et ultimis differētijs que formaliter entis cōceptum excludūt. I^o Jo. Scot^o p^omo sup^o metha^o. q. 2. cōsuerit ens de o^ob^oib^o in q^od p^odicari. de q^ob^ous als. et hoc modo dicimus entia ficticia: et negationes: et p^ouaciones per accēns cōcipi. q^od de se nullam retinet p^osiuam rōnem. p^optiam: neq^o rōnem p^oimi obiecti formaliter includūt: neq^o p^optiaz entitatis gradū q^od non dicit ens vniuocum p^osiuū et negatiuū. sed simpl^or equiuocum. Et hęc distinctio sumit ex Arist^o. intētiōne. s. phisicōz. t. 2. i. dum dicit. q^od sicut p^otingit aliquid tripl^or trāsmutari. vno modo per se p^oimo. ut lapis. secūdo modo s^om partez ut homo. tertio per accēns ut album. Sic tripl^or aliquid intelligit. s. per se p^oimo ut albedo q^od est color v^olūis disgregatiuū. scōz p^ote. ut homo q^od est aīal. et per accēns ut cecitas. et hęc est subtilissima philosophorum sententia.

De secundarum intentionum intelligibilitate.

Sed oritur difficultas nunq^od intētiōnes secundę per se cōcipiant. videt enīz q^od nō per se cōcipiant. q^od p^o aliud et per se repugnāt. posterior^o p^omo. t. 2. xj. Sed intētiōnes secundę per aliud cognoscunt. q^od per fundamēta: quum sint relationes. igit^o per accidēs cognoscunt. Ad oppositum autēz arguit q^od quodlibet scibile est per se intelligibile: sed intētiōnes secundę p^o se sciunt. q^od de ipsis habet logica que est scia. igit^o per se intelligunt. Pro solone igit^o sitius difficillimę dubitationis est attētiōne dignuz. q^od diuersa senserūt clarissimi p^oipatetici de cognitione secundarum intētiōnum. Cōsuerūt enim quidā secundas intētiōnes nō per se sed trāsmodo per accēns a ratione cognosci. q^od difficillima rōne cōfirmant tria p^osupponētes notissima. quoz p^oimū est q^od intelligibilitas est passio entis. q^od est clarum: q^od quodlibet ens (ut diximus) est intelligibile. q^od nihil est nāliter ignoruz. p^o me phisic^o. et quodlibet intelligibile est ens. Secūdo autē p^osupponūt q^od nulla passio extendat p^oter suū s^om. q^od cōuertunt ut scribit phis thopicōz p^o. c. 4. et Por phis^o. 4. c. p^odicabiliū. Tertio autē q^od quodlibet passio habet subm cui p^omo cōuenit. nam: p^opter hoc uoluit phis posterior^o p^omo. t. 2. i. 2. i. 3. et i. 4. passiones assignātes errare. quado non cōueniūt subiectis s^oz q^od talia. Quibus suppositis arguit sic. ois passio habet subiectū p^optium cui p^omo cōuenit ex tertia supponē. Sed intelligibilitas est passio entis ex p^oma supponē. igit^o intelligibilitas habet subm cui p^omo p^ouenit ex 3^o supponē. patet argumētatio in tertio p^ome figurę cuz maiori et minori manifestis ex supponibus. Tunc ultra querit cuius intelligibilitas est passio p^optia uel est entis realis: uel rōnis: uel cois. nō rationis: q^od tūc ens reale nō p^o se cōcipet. q^od nulla passio extendit ultra p^optium subm per secundam supponem ex Arist^o. intētiōne thopicōz p^omo. c. 4. nec pōt dici q^od entis cois est passio q^od tale est equiuocū. cuius nō est demonstratio neq^o diffinitio p^omo posterior^o. et pbauimus in p^orioribus. Si vō dicat q^od est passio entis realis: tunc videt impossibile secundas intētiōnes per se concipi. nam si non sunt entia realia neq^o etiam per se cōceptibilia. q^od p^odicatio passionis in secūdo modo cōcludit p^odicatōnem subiecti in p^omo modo p^oscitatis. ut si fortes est risibilis in secūdo modo. dicit etiaz hō in p^omo modo. et huic opinioni consentit Jo. canonicus p^omo phisicōz q^odne. 3. et est argumentum solone difficillimū.

Alii vero cōsuerūt intētiōnes secundas per se cōcipi: tum q^od de ipsis est cognitio scialis ut argutum est. tūc q^od diffiniunt et cuiuslibet diffinibilis est intellectio per se. tum q^od ponit intellectus differētiā inter obiectū reale et modum eius qui est ule. que quidē differētia non ponit nisi cum extremorum cognitione sub p^optia ratione. nam potētia cognitiua non pōt ponere differētiā inter aliqua nisi concepit ea sub p^optia rōne. ut. 2. de aīa pbauit Arist^o. per hoc dari sensum cōem. t. 2. i. 4. 6. cognitio autē rei sub p^optia rōne facit rem per se cōceptibilem (ut p^odictimus) et hoc est doctoris Sub. fundamētum de intellectu per se secundarum intētiōnum q^odne. s. p^odicabiliū. cuius opinioni si quispiam fauere uellet sustinēs esse de ipsius intētiōne intētiōnes secundas per se cōceptibiles laborabit in solone dubitationis iductę. Nos autē dabimus duplicē euasionis modum ex ueriori doctoris Sub. intētiōne. Et p^omo dicim^o q^od intelligibilitas est passio entis: nō quidem realis neq^o rōnis p^opter cām p^odictam. sed entis est passio cois ad utruq^o. et ad p^obationem quuz dicit. q^od equiuocum caret passionibus. dico q^od equiuocū dupliciter audit. aut q^od absq^o ordine sed eque p^omo significat sua significata: ut canis respectu latrabilis: et celestis: q^od uocāt peripatetici equiuocū a casu. aliud vō dicit equiuocū significās ordine quodam significata: ut ens respectu substantię: et accēns. et dicit equiuocū p^omixtum analogię et p^oilio. et hęc distinctionem colligimus ex Arist^o. intētiōne p^omo elenchōz. c. 2. Quibus uisū dicimus: q^od equiuocum p^omo modo nō habet diffōnem: neq^o passiones. sed equiuocū secūdo modo pōt habere passiones et esse rōnis obiectū. q^od videt includere quandam vnitatem et ordinē s^om quādam attributionē ad vnu p^oimum: et sic patet solo subtilissime dubitationis ex intētiōne doctoris Sub. Et est attētiōne dignum: q^od intelligibilitas sit ipsius entis cois passio. t^on p^oncipalius cōuenit enti reali et ex quadam attributione p^ouenit enti rōnis. et hanc s^omiam sequunt pleriq^o Scotistarum et subtilium philosophantium.

Sed dubitabit quispiam q^od hęc nō sunt ad intētiōnem doctoris Sub. s. q^od aliqd sit equiuocum: et habeat passiones. R^on deo et dico s^om huic p^oimum modum dissolūti esse ad ipsius intētiōnem. nam doctor Sub. 3^o q^odne quolibetoz. rem diuidēs tripl^or: ponit hęc p^oponem. ens commune enti reali et rōnis q^od est cōe coitate analogię u^o vniuocationis q^od nō curo inq^ot Scotus. dicit eē p^oimū rōnis obm. et t^on est equiuocū simpl^or ut p^obat dist. 3. p^omi sniarū. et in p^odicamētis. q. 4. in solone dubitationū ubi substinēdo q^od ens sit equiuocū dicit q^od ad vnitatē subti in scia: et obiecti respectu potētię nō requirit vni uocationis vnitās. sed analogię sufficit. in qua quidez q^odne uoluit ens eē equiuocū per cōparationem ad decem p^odicamēta que sunt entia realia: multo magis erit equiuocum ad entia realia et rōnis. Ex quibus patet clarissime qualiter est ipsius intētiō ponere equiuocum analogum p^oimum rōnis obiectum. Et q^oliter intētiōnes secundę per se cōcipiant. Et hęc est (ut p^odicimus communis) sere sententia scotistarum in solutione dubitationum. et ex his potest dissolui argumentum de conceptibilitate intentionum per se. quum dicitur q^od intentiones per fundamenta concipiunt: igitur per accidens. dico q^od per accidens opponitur p^o se dupliciter. aut per se quod est p^omo tale. quemadmo

Secūndus De fdaꝝ itētionū itelligibilitate

dum dicimus q̄ fortes per accidēs est risibilis: qz nō primo. sed hō per se hoc modo dicit risibilis: aut per se: eo q̄ non est cōtingēa. sicut isochelēs habet tres angulos per se. qz non p̄tingēt: sed necessario hēt tres. Ad p̄positum dico q̄ itētionēs quum per fundamēta concipiānt non cognoscunt per se primo modo. nō tamen cognoscunt per accidēs. ut per accidēs opponit ei qd̄ est necessarium 7 per se scdo modo. Sed h̄ p̄dicta solutio dubitationis de passione assignata enti cōmuni: 7 de attributione itelligibilitatis enti rationis per se. p̄pter ens reale qd̄ est ipsius causa: 7 eē: 7 cognitionis videat esse de itētionē doc. Sub. attamen arbitramur annectere ueriores dubitationis solutionem fm̄ certiores doctoris Sub. itētionē. 7 dico q̄ itelligibilitas est passio solius entis realis formaliter per inherētiam ei cōueniens. non autem enti cōmuni reali 7 rōnis entitati. Sed enti rōnis per uirtualem cōtinētiam conuenit: qd̄ declarat ex ipso itētionē. scribit enim doctor Sub. primo sniarū. dist. 3. q. 2. q̄ ens est uniuocum fm̄ solam ipsius latitudinē ad entia realia. non aut rōnis. 7 p̄bat rōnibus p̄notatis. Sed uidetur simpliciter equiuocū. ut palā est in formalitatibus ex itētionē doct. Sub. Alterius eadem dist. 7. 8. primi 7 tertia secūdi sniarū scribit doctor Sub. q̄ idem est obiectū rōnis adēquatum. 7 habitus metaphisici subiectū p̄mum. 7 subiūgit obiectum aut sapientiē non pōt esse equiuocum. igit nec obiectum potētē. Ex quibus fundamētis luce clarius apparet q̄ passio non pōt assignari enti cōmuni. qd̄ ponit obiectū rōnis adēquatum fm̄ totā sui latitudinē: qz non est uniuocū. 7 hęc sunt cognitu dignissima.

Sed contra

qz si hoc concedat. igit est contradictio in tā subtilissima scoti doctrina p̄mo de p̄fecta itētionum secundarum cognitione. qz tūc non cōciperent per se secūde intentiones. quum itelligibilitas sit passio entis realis. quod non cōuenit enti rōnis. Secūdo de cois entis equiuocatione. 7 rōne p̄mi obiecti intellectus: qz tūc nō erit ens cōmune rōnis obiectum p̄mum. cuius opposituz ex intentione Jo. Scoti p̄bauimus. qd̄ne. 3. quolibetorū. 7 hęc sunt solone difficillima que pauci speculantur nisi in superficie. Nos autem subtilissima doctoris Sub. itētionem sustinētes p̄p̄atēte ueritatis in dagatoris celeberrimi nebulas discutimus. nō enim decet quēpiam absq̄ ratione condēnari p̄mo celi. t. 2. 101. Rūdetur igitur ad p̄mum argumentuz de cōtradictione itelligibilitatis intentionum secundaruz sustinendo q̄ intentiones per se concipiuntur: 7 tamē itelligibilitas est passio entis realis. Pro cuius solutione est aduertenduz q̄ intentiones secundas per se concipi dupliciter itelligitur. aut enim per se p̄seitate inherētē p̄dicatū: ueluti dicim⁹ hominē esse per se risibilem aut itelligibilem: aut per se p̄seitate exclusionis mediū necessario concurrentis in rōne cogniti. Si autem primo modo summatur per se concipi. dicimus q̄ impossibile est intentiones secundas per se concipi ex ratione p̄posita. qz itelligibilitas est passio entis realis que non potest in secundo modo p̄seitate p̄dicari de secundis conceptibus (ut diximus in secunda suppositione.) Si uo sumptum fuerit per se secundo modo. dico q̄ itētionēs per se itelliguntur. qz potest intellectus ponere differentiā inter obiectum 7 modum. 7 ipsam concipere sub p̄pria ratione. 7 hoc ideo est qz secūde intentiones ha-

bent p̄p̄rium entitatis graduz fm̄ quem possunt actū rationis terminare. 7 sic non est cōtradictio. Sed nouus p̄s dubitabit qualiter potest aliquid dici per se cognitum secundo modo 7 non sit per se p̄mo modo per inherētiam. Respondeo ex Arist. itētionē. 5. phisicorum. t. 2. i. lapis sursum proiectus per se mouetur. qz fm̄ se totuz. 7 socrates mouet ad ubi nouum per se: non quidem p̄seitate inherētē. qz sunt p̄positiones contingētēs: 7 non necessarię. neqz in aliquo modo p̄seitatis. ut scribit Arist. posterioruz primo. t. 2. 9. Sed potius dicunt per se. qz non ratione prioris subiecti cōintellecti uerificant: ratione cuius insit p̄dicatum subiecto. sicut uoluit Arist. 5. phisicorum. q̄ hęc p̄positio album mouetur eēt per accidens secundo modo sumpto per se: qz non potest albedini motus inherere fm̄ se. sed necessario concurrat medium subiectum. ut scribit etiam philosophus posteriorum primo. t. 2. 35. 7. 36. a quo si abstraheret: neqz per se neqz per accidens moueretur. naz albedo a subiecto remota non potest per se moueri: neqz per accidens: hęc autem p̄positio lapis est deorsum mobilis per se est fm̄ p̄mum modum. s. fm̄ inherētiaz passionis in p̄prio subiecto. 7 ideo sic dicendum est q̄ intentiones secundę per se concipiuntur secūdo modo. qz sunt quedam rationis entitates posituę que cognoscuntur ab intellectu sub p̄pria ratione. ita q̄ ipsarum entitas (quum non sit purum nihil) intellectio nem terminare potest. non autem cognoscuntur sicut p̄uationes: 7 negationes: que non terminat rationis actum de se. sed qz potius habitus cognoscunt. 7 hęc sunt que per accidens illo secundo modo concipiunt. non enim dicitur q̄ uniuersale per se itelligitur. quia actualis intellectio competit actualiter intentioni in secūdo modo dicendi per se. qz pōt itelligi 7 nō itelligi: sicut fortes non sic per se currūt: sed fm̄ p̄dictā rōnem dicunt per se cōcipi. Sed cōtra subtiliter dubitat qz non uideat q̄ excludat obm̄ medium cognitum in itellectione secundarum itētionum. qz quum sint rationis relationes non cognoscunt absq̄ terminis. 5. meth. t. 2. 20. Rūdeo h̄ in qualibet relatione cognitione cōcurrat terminus. ut est cōmunitas oīum peripateticorū sentētia. tamē non est id qd̄ actu cognoscit ut obiectum. sed p̄ncipium cognoscēdi. 7 terminat rationis actus ad relationem cognitam. aliter non diceret cognita relatio: 7 hic est oīum relationuz modus cognoscēdi. Cōtra tūc dicit siml̄ hoc in negationibus 7 p̄uationibus. Respondeo per itētionē siml̄itudinis. qz sunt negationes formal̄ nihil 7 p̄uationes: dato q̄ cōnotēt aptitudinē in subro. ut scribit Arist. in post p̄ntis. 7. 9. meth. q̄ p̄uatio est negatio forme in subro apto nato: per accns igit utro qz mō p̄cipiunt negationes. cōtra ergo modi intrinsicē ei per se cōcipent. r̄n̄sionem que. 7 hęc sunt cognitu difficillima que penitus occulta uident. Nos aut scoticę uirtutis uestigādē cā p̄tractauim⁹ excludētēs p̄mā cōtradictionē. qz in equiuocis nō ponit contradictio. Dicim⁹ ergo q̄ itētionēs per se p̄cipiunt. 7 q̄ itelligibilitas (ut est passio cōsequēs entitatem.) non cōuenit p̄seice 7 per inherētiam rōnis entib⁹. sed solūmodo uirtualiter in quā cognoscunt uirtute rerum p̄cognitarū a quibus depēdēt. Ex quibus palam est q̄ nedum remouet contradictio in dictis p̄p̄is doctoris Sub. sed etiam inter ceteros p̄p̄ateticos ut singulari narratione discussimus. se igitur exerceat

philosophantes in ueritatis adeptione.

Quantum autem ad secundam cōtra dictionem de rōnis obiecto. Respondeo p̄mittendo quasdam fugas quorūdam scotiāntium ponentium duplex ratiōis obiectum primum p̄mitate uniuocationis. ⁊ primum p̄mitate analogiē ⁊ q̄ ens cōmune omnib⁹ entibus realibus dicit̄ primum p̄mitate uniuocationis: ⁊ ens cōmune cuiuslibet contradictionem nō includenti dicit̄ primum p̄mitate analogiē. q̄ nō uideo necessitate tot obiectoz. Tur enīz nō etiam diceretur esse rōnis obiectuz primum p̄mitate equiuocationis: ⁊ uideretur necessarium. tum q̄ tale cōmune s̄m totam latitudinem ad ens reale ⁊ ratiōis est simpliciter equiuocū. maxime s̄m doctoris Sub. intentionē locis p̄allegatis. tum q̄ inter uniuocum ⁊ equiuocum nō cadit medium. ut scribit primo sententiarum dist. 8. q. 3. ⁊ in p̄dicamentis questione de equiuocis ⁊ alibi sepe. q̄ re quum tale cōmune nō sit uniuocuz. simpliciter erit equiuocum per rationem immediatōz. ¶ Dico igit̄ q̄ quū de p̄babilibus opinari cōtingat. ut scribit Arist. primo thopicoz. c. primo. ⁊ 8. nō inconuenit in locis ubi nō est p̄p̄ia materiē determinatio. p̄babiliter opinari. ⁊ aliquando cogentibus ratiōibus ad hominē p̄blematicē determinare. nō autem iuxta p̄p̄iaz intentionem. quod sepius facit Arist. ut infra distēremus. Sic ad p̄positū dico q̄ p̄blematicē doctor Subtilis censuit ens esse ratiōis obiectum primum in quolibetis questione. 3. s̄m autem p̄p̄iam intentionem censuit locis p̄allegatis idem fore ratiōis obiectum: ⁊ sapiētīe subiectum. quod equiuocuz fore negauit. ⁊ si fugeret quispiam ad distinctionem de cōmunitate uniuocationis: ⁊ analogiē: palam est q̄ contradicet ei. q̄ tunc non erit idem ratiōis obiectuz: ⁊ habitus subiectum. q̄ subiectum hitus est uniuocum locis allegatis. ubi igitur est p̄p̄ius determinationis locus est uera doctoris intentio. ¶ Quare patet qd̄ dicendum uidet̄ ad inductam contradictionēz substitūendo q̄ ratiōis obiectum primum adēquatione dicitur ens cōmune realibus entibus. cuius est per se intelligibilitas passio. quod ideo dicitur adēquatum in terminando. q̄ uel est id quod ratiōis actu comprehenditur. uel est id quod est ratio cognoscendi partibus subiectiuis ipsū formaliter includentibus. uel est id cuius uirtute ratiōis entia concipiuntur: ⁊ hęc est subtilissima peripateticorum sententia de ratiōis obiecto adēquato. qualiter potentie dicitur adēquari. ¶ Contra q̄ tunc quiditas rei sensibilis esset diuisiuismodi ratiōis obiectum ratione p̄dicta: q̄ saltē uirtute quiditatis sensibilis omnia cognoscuntur ut substantia ⁊ relationes ⁊ itelligētīe. Rūdes nō est p̄similis ambit⁹ i obiecto moriuo respectu per se cognoscibilium. qualis est in entis ratione terminante p̄pter formalem conceptus inclusionem.

Circa autem dicta dubitabunt scotiāntes. laborantq̄ ferino liuore detractores: tum quia diximus. docto. Subti. aliquando differere: quod non est p̄p̄iaz intentionis. tum quia diximus p̄blematicē Scotum determinasse plurima sustinendo utraq̄ contradictionis partē in pluribus cognoscibilibus. non enim uidetur ratio ni congruum. quod non est p̄p̄iaz intentionis quē q̄ affirmare. ¶ Nos autem maioris gratia resolutionis inductē difficultatis. ⁊ quo promptius scotiā

disciplinam complectantur philosophantes: ex Aristotelis approbata consuetudine. arbitramur ostendere duas p̄positiones. quarum prima est: q̄ in locis ubi non sunt p̄p̄iaz dictionum determinationes plurima discutuntur: tum affirmando: tum negando ex aliorum sententia percipienda. quę non tenentur in proprio loco: s̄m p̄p̄iam intentionem. qd̄ ostendo ab Arist. usurpari sepius. ⁊ primo auctoritate Auerois in p̄dicamentis p̄dicamento quātitat̄is ubi philosophus posuit locum esse speciem distinctā a superficie. ⁊ q̄ partes ipsius terminant̄ ad eundem terminum cum partib⁹ corporis: quę tamen nō sunt s̄m p̄p̄iam philosophi sententiam. ut patet. 4. phisicoz. c. de loco. ubi scribit Auerois in 2^o. q̄ philosophus posuit speciem s̄m modum famosum in p̄dicamento quātitat̄is. quod ratione p̄batur non esse secundum philosophi sententiam. nam locus nō potest esse species a superficie distincta in p̄dicamēto quantitat̄is. q̄ loc⁹ p̄o materiali nō est alia spēs a superficie. q̄ est ipsa superficies. ut scribit philosophus. 4. phisicoz. t. 2. 39. q̄ locus est ultimum corporis cōtinentis immobile primum. nec p̄o formalis. nam nil aliud locus est q̄ circumscripcio actiua locantis. quę dicitur respectus ad p̄dicamētū ubi reductiue pertinens. nec potest dici (ut fingūt quidāz rudes) q̄ est species a loco distincta p̄o aggregato. tum q̄ quantitas non esset de formaliter absolutis: tum q̄ poneret aggregatum per accidens in p̄dicamēto. quod est impossibile. ⁊ hęc est ratio demonstratiua. nō est igitur ad intentionem philosophi locum esse spēm distinctā a superficie in p̄dicamēto quantitat̄is. ⁊ patet etiam in post p̄dicamentis ubi philosophus ostēdit mot⁹ eē distinctos. dicit enī Auerois q̄ declinauit Arist. in sufficientia in hoc quum nō sit ipsius intentio. ut ostēdat hic aliquid nisi quod alteratio est p̄ter reliquos motus: hęc Auer. ⁊ sic etiam patet de contrarietate: quę non est in quantitate s̄m Arist. in p̄dicamentis: quę tamen includit uerum motum: ut scribit Arist. 5. phisicorum. ⁊ de multis alijs quę ponunt aliquando non s̄m p̄p̄iam intentionem. ⁊ non solum a docto. Sub. sed ab Arist. ⁊ reliqs̄ peripateticis. de quo etiā uideat Arist. 7. phicoz. t. 2. 15. ubi scribit q̄ raritas ⁊ dēlitās sunt qualitates insequētes calidū ⁊ frigidū. cuius oppositum ponit primo methaphisicę. t. 2. 15. dicit Auerois q̄ sunt de p̄dicamento situs. ⁊ hoc q̄ loquebatur ad hominē qui sic opinabatur. ⁊ deniq̄ in 4. phisicorum posuit esse quātitates. 2. 84. ⁊ alia plurima sic offeruit. Iccirco nil mirum est hanc p̄horum consuetudinem Jo. scorum seruasse. ¶ Quis enim dicit ex docto. Sub. intentione corpus mobile esse philosophi naturalis subiectum ⁊ substantiā esse subiectuz primum diuine philosophiē. quod uidet̄ asserere. 3. q. uniuersalium. ¶ Quis etiam ex ipsius intentione ponet passiones subiectoz de genere substantiē esse in p̄dicamēto qualitat̄is: qd̄ tamen scribit doctor Sub. questione. 35. p̄dicabilium. c. de p̄p̄io. dum retulit de applicatione accidentis. q̄ nō inest cuiuslibet qualitati intentio accidentis. q̄ nō singularibus nec cuiuslibet speciei. q̄ species aliqua qualitat̄is est. cui applicatur hęc intentio proprium. ut risibili. hęc Scotus. ⁊ q̄one. 10. p̄dicamētoz scribit. q̄ ideoz gñe uel spē nō pot̄ esse in diuersis gñib⁹ p̄ se. sed idē p̄p̄io uel accidente collocari potest. ¶ Quis ulterius cōcedet ex docto. Subti. intentione passionem realiter distingu

subiectis. ut est
realiter idē p̄p̄ia
sententiarum in p̄
passiones nō dicit̄
causant̄ realiter a dicit̄
sententiarum: realiter dicit̄
alibi ueriori sententiam. ⁊ hoc ratiō
⁊ Auerois. quos
tione. ¶ Non cō
tis in subtilissima
p̄p̄io declaratur
bier⁹ p̄blematicē
ficare tam rem q̄
sustinet̄ idē p̄p̄iam
nem realem ⁊ ratiō
cōt. ⁊ tenet fore r
bus alijs in metha
oppositum in sententia
uini luminis in
mibus exponit.

q̄ licet in quibusdā
nō tamē in omnib⁹
uerricare. Immo
intentione ipsius cō
uniuocatione prim
tū q̄ plures scotiā
p̄p̄iaz transcendent
lanti. Et probō rati
fundamentis ad dicit̄
dictionem fundare
cōp. c. primo. S
tis de quo loquit̄
sū decem p̄dicamē
dictionem fundare
cum nec habet un
2^a secunde figurę
dicat̄ inter opposi
dare contradictionē
ut scribit p̄p̄iaz
contradictio. ¶ C
meminis solius. se
conq̄ fuerit conce
flet̄ contradictio. ⁊
tentione questione
q̄ non ualeat conse
facta distinctione. q̄
2^a p̄p̄iaz. Et cō
eti de quolibet dicit̄
termini non faciunt
ita distinctione. ⁊ i
finitio sufficiēs dicit̄
ne logica ⁊ transe
scendens erit secur
tra rationes adduc
rum p̄p̄iantium q̄
3. ⁊ 8. primi sentent
ne ⁊ uniuocatione
adducunt de diuini
ene uel nihil. ⁊ si
cuiuslibet. si uo p̄
distinguitur cuiuslibet

Secūdus

in infinitum in syllis. ¶ Rñdeo negando pntiam. lz fortasse fm Auicenne sniam non uideretur impossibile. q in actibus anime procederetur in infinitum. qd tamen in his actibus non puto esse uerū quando act^{us} secundus priorem pre-supponit ueluti pre-cognitū nō autem tanq solum medium pre-cognoscendi. 7 quum dicitur qualiter est scientia de syllogismo in comuni: dico q habetur per aliquē particularem syllogismū. 7 quuz queritur an sit particularis ignotus: uel not^{us}? dico q dupliciter syllogismus particularis cōcipitur. aut inquantū est instrumentū rationis: quo utitur in tellectus in acquisitione discipline: de syllogismo cōmuni ignoto fm suas passionibus: qz solius inherentię dicitur esse demōstratio. posteriorum. 2. t. 2. 7. alio modo inquantū est particulare syllogismi. ¶ Si autem primo modo cōcipiatur ille syllogismus particularis. dico q cognitus est talis syllogismus inquantū est in eo propositionū ueritas: 7 illationis necessitas. ut subtilissime sensit Ioan. Scotus. 3. qōne pdicabilium. 7 hoc sufficit inquantū est rationis instrumentū. Si vō consideretur scōo modo. dico q talis syllogismus est ignotus: qrum ad passionem. que demōstratur de syllogismo cōmuni. ¶ Contra. talis syllogismus particularis est rationis instrumentū. igitur est notus quocunqz modo: q ratio nō procedit per ignota. ¶ Rñdeo ponendo talem propositionem. q nullum instrumentum agentis per cognitionem requirit fm qualibet sue nature conditōem noticia: cuius ueritas est clara. nā carpentarius: qui est artifex fm rationē utēs securi uelut instrumentū: nō requirit cognitionem securis: quantum ad omnem sui rationē. sed solummodo fm illam rationem. que requiritur ad hoc: q sit instrumentum. s. q sit dura sciendens uel incidens hanc: uel hanc materiam operabilez: non autem querit carpentarius ex quibus est composita securis. 7 que sit eētia ferri uel calybis. Sic ad propositū sufficit dialectico uolenti cognoscere syllogismum communem: per particularem tanq per instrumentum: q cognoscat illum fm cōdictionem requisitam ad hoc. q sit instrumentum. s. q oportet cognoscere talem syllogismū pre-missas cōtinere ueras in quibus sit illationis necessitas. 7 hec est subtilissima Jo. scoti snia. ¶ Cōtra autem obiicit. nam si syllogismus dicit esse notus inquantum rationis instrumentum: non autem inquantum particulare. quero per quem syllogismum cognoscitur inquantum est particulare: aut eni per seipsum. 7 tunc idem erit notum 7 ignotū. Si vō per aliū. que ratur ut patet de illo an sit notus uel ignotus. 7 sic in infinitum procederet quod est impossibile. q autem debeat iste syllogismus (ut particulare cōcipi) patet. qz quicquid scitur de cōmuni: scitur de quolibet particulari. posteriorum. 2^o. t. 2. 3. 7 39. ¶ Respondeo autem ad hanc subtilissimam dubitationem iuxta philosophi sententiam. posteriorum primo. t. 2. 29. scribentis demonstrationē augeri nō per media: sed in post: 7 in latus. 7 dico q iste particularis syllogismus efficitur (ut particularis) notus per aliū. 7 quum queritur de alio. an sit notus: uel ignotus. dico q est notus (ut instrumentum) dato q fuerit ignotus inquantum particulare syllogismi cōmunis. uel adhuc qz non impeditur quin possit esse alterius cognoscibilis instrumentum notum. 7 hoc: qz demonstrationes aucte per latus: uel in post: non requirunt pre-notatā distinctionē de particulari 7 instrumentū cognoscendi. qz sunt pri-

culares syllogismi disperati. nec oportet ulterius que-
rere de alio: nisi fm rationem p̄dictam. ¶ Contra
q̄ nō videt̄ q̄ iste syllogism⁹ sit not⁹ per aliū: sed per
seipsum. q̄ doctoz Sub. in 3^a questione p̄dicabiliūz.
in r̄sione ad p̄imum argumētum uoluit q̄ esset per
seipsum notus subiūgens hanc p̄positionez. q̄ nec ali-
ter habet de particulari scientia. hęc Scotus. ¶ Re-
spondeo autem sustinendo doctoris intentionez dif-
ficillimam ponendo hanc p̄positionem q̄ doctoz sub.
per ly aliter uoluit p̄dicatum scibile. non autem co-
gnoscendi instrumentum. p̄imum probat: q̄ sciētia di-
citur passionis demonstrare posteriorz p̄imo 7.2. lo-
cis p̄allegatis. quum autem particularium non sint
passiones neq̄ diffinitiones posteriorum p̄imo. t. 2.
31. nisi specierum passiones secundo particularibus
competentes. ideo si particularium est scientia solum
modo dicit̄ esse fm specierum passiones. 7 hęc est ue-
ra doctoris Sub. 7 Arist. intentio. ¶ Non autēz uo-
luit per ly alit̄ instrumentum cognoscendi: ita q̄ non
possit per alium syllogismuz cognosci: uelut instrumē-
tum: qd̄ probatur: ne decipiantur scotistę in latēti sen-
tentia doctoris Sub. 7 arguitur sic. syllogismus par-
ticularis per quem paritur scientia de communi syllo-
gismo dicit̄ fieri in p̄imo p̄ime figurę. ut omnis ora-
tio in qua quibusdam positis necesse est aliquid sequi
est ex trib⁹ terminis. Sed omnis syllogismus est huiusmodi.
igit̄ omnis syllogismus est ex tribus terminis. sed syl-
logismus per quem habet̄ scientia de tali facto in p̄i-
mo p̄ime dicitur esse in 3^o p̄ime. sumpta conclusione
p̄cedentis syllogismi sic. omnis syllogismus est ex trib⁹ ter-
minis. sed syllogismus factus in p̄imo p̄ime dicitur
esse syllogismus. igitur ille syllogismus est ex trib⁹ ter-
minis. ubi liquidum est q̄ non sunt idem syllogismus
sed alter est in p̄imo p̄ime. 7 est demonstratio uniuersalis.
7 alter in tertio 7 est demonstratio particularis.
7 iste modus syllogizandi particulariter ad sciendum
particulare simpliciter assignatur ab Arist. posteriorz
p̄imo. t. 2. 3. ubi sumpta cōclusionē uniuersali conclu-
dit Arist. particularem. sic omnis triangulus hēt tres
angulos equales duobus rectis. Sed hic qui est in se-
micirculo descriptus: est triāgulus. ergo hic dicit̄ ha-
bere tres angulos equales duobus rectis. sic dicitur
de particulari syllogismo fieri scientiaz: 7 demonstrat
hoc argumentum p̄positam ueritatem. nec aliquis
respondere poterit ad hanc difficultatem. neq̄ simpli-
citer: neq̄ fm doctoris Sub. intentionem. nam quis
esset adeo rudis qui diceret syllogismum in barbara
7 syllogismum in daryi esse eundem syllogismum par-
ticularem. Ex quibus palam est quid dicendum uide-
atur ad tertiam dubitationem subtilissimam. ¶ Ad
quartum autem quuz dicitur de logica docente q̄ idē
esset p̄ius 7 posterius seipso 7c. Respondet̄ ex p̄e-
determinatis articulo. 2. dubitatione. 12.

Ad quintam aut̄ argumētū p̄ncipale quū
dicitur logica uel est specu-
latiua: uel practica: dico q̄ rationalis disciplina dicit̄
cognitio speculatiua: non autem practica. qd̄ pbatur:
q̄ quilibet cognitio cuius finis est speculatio dicitur
speculatiua. 7. 6. diuine philosophię. sed logicę finis
est speculatiua: quum ratio non extendatur per logicam
ad actum alterius potentie q̄ suum. ut patet. igitur lo-
gica dicitur cognitio speculatiua: non autem practica:
q̄ non dirigit in p̄axim. ut articulo. 2. differuimus: 7
ideo quum probatur q̄ logica sit practica. q̄ rationez

dirigit in operari syllogismos: 7 demonstrationes: of-
co q̄ equiuocatur de operatione uel p̄axi. q̄ non que-
libet operatio dicitur p̄axis proprie. q̄ tunc esset spe-
culatio p̄axis quum sit rationis operatio. sed p̄axis
potius ad actum pertinet alterius potentie q̄ ratio-
cl natue. ¶ Sed quispiam dubitabit q̄ sit p̄axis. quia
potest uoluntas imperare rationi q̄ discurrat uel syl-
logismum formet. igitur quuz sit ibi actus alterius po-
tentie q̄ intellectus: sequit̄ q̄ erit ibi p̄axis. 7 per con-
sequens erit logica noticia p̄actica. ¶ Respondeo 7
dico q̄ lz actus uoluntatis elicitus sit formaliter p̄a-
xis 7 necessario: non tamen quilibet actus imperatus
est p̄axis. q̄ tunc philosophia naturalis esset p̄axis.
q̄ pot̄ intellectui uoluntas imperare. q̄ naturalia spe-
culatur. q̄ intelligimus quum uolumus. 3. de anima. t.
2. 46. 7 sequentibus. ideo non sequitur ex dictis logi-
cam fore p̄acticam cognitionem. ¶ Ad sextum aut̄
argumentum respondeo quum dicitur nunquid logi-
ca sit realis uel rationalis. dico q̄ est scientia rationa-
lis per extrinsecam denominationem a subiecto. non
autem intrinsece. sed dicit̄ qualitas anime realis. Ari-
sto. autem. 6. diuine philosophię. t. 2. 2. diuisit scientias
reales tam extrinsece. quia sunt de rebus: q̄ intrinse-
ce q̄ sunt de p̄ima specie qualitatis. quum autem di-
citur ultra q̄ si logicę subiectum foret ens rationis: 7
logica esset intrinsece realis. tūc scientia esset p̄o-
subiecto 7 perfectior. ¶ Respondetur ex p̄e-
determinatis articulo. 2. dubitatione. 10. de cognitione se-
cundarum intentionum. q̄ lz non omne subiectum sit
perfectius scientia ut dictum est. quodlibet attamen
p̄cipale quum dicitur. q̄ logicus interrogat: igitur non
est sciens. dico q̄ logica dupliciter sumitur: uel ut est
docens: 7 ut respicit subiectum p̄prium: 7 sic est sci-
entia. nec interrogat: q̄ non interrogat logicus utruz
omnis syllogismus habeat tres terminos. utraq̄ con-
tradictionis partem probando. sed alteraz solummo-
do probat affirmatiuam per syllogismi diffinitionem
quam posuit Arist. priorum p̄imo. c. p̄imo. ¶ Si
uero consideretur ut utens: sic dico q̄ logicus interro-
gat: 7 logica non dicitur esse scientia: sed potius opi-
nio uel modus sciendi de qb⁹ ar^o. 2. plenius inspiciat̄.

Ad octauum autem 7 ultimuz questionis
argumentū respondeo quū
dicitur q̄ logica non est scientia. q̄ non est determina-
ti generis negando antecedens. 7 ad probationē quū
dicitur q̄ est Arist. intentio logicam non esse generis
determinati posteriorum p̄imo. t. 2. 27. dico q̄ philo-
sophus distinctionem posuit inter scientias speciales
7 que communes appellantur. nam scientię speciales:
ideo dicuntur speciales q̄ neq̄ circa scientiarum p̄in-
cipia uersantur. neq̄ ceteris in usum cadunt. uelut in-
strumenta cognoscendi: uel intelligendi modi: ueluti
sunt logici conceptus. ¶ Lōes uero scientię tō dicitur
communes. tum q̄ circa scientiarum p̄incipia uersan-
tur. nedum per ipsa probando suas conclusiones. ue-
luti faciunt scientię speciales: sed potius de ipsis mul-
ta probant. 7 has uoluit philosophus esse duas. s. sa-
pientiam: 7 rationalem disciplinam. ¶ Longe igitur
distat disciplina rationalis a specialibus noticijs que
dicuntur esse de generibus determinatis illa duplici
ratione pertractata. non sic autem est logica: q̄ se ex-
tendit ex intentionum natura ad omnes scientias: cū
hoc tamen stat eam generis esse determinati in gene-

Digressio rationalis

de subiectis demonstrantur. ut visum est articulo primo. ideo uolumus sciscitari dubitatione 4^a. nunquid subiecti p̄suppositio uideatur diffinitionis assignationi in illa scientia compossibilis. ¶ Amplius quoz sit philosophantium uulgata sentētia subiectum scibile fore primum in scientia. qualis esset huiusmodi primitas in scientia aperuimus dubitatione 5^a. cum discussione adaequationis scibilitum. ¶ P̄terea quum scientia quelibet sit unius generis subiecti posterior p̄. r. 2. 43. a cuius unitate est una: ideo non immerito uolentes inuestigare nunquid logica sit scientia: p̄p̄osuius dubitatione 6^a p̄tractare. qd uoluerit Aristot. per logicā non eē determinati ḡis. 7 q̄liter scia quelibet sibi genus determinatū exposulet ex ueriori peripateticorum narratione. ¶ Amplius quia subiectuz scibile non est interrogabile propter ipsius necessitatem. ideo quid sit interrogare differuimus ex Aristot. intentione posteriorum primo. r. 27. 7 qualiter iterrogatio est scientie compossibilis. ¶ P̄terea quoz sit communis peripateticorum sentētia scientias a scibilibus denominari: non ab re determinauimus 8^a. dubitatione de scientiarum ab obiectis denominatione. ¶ Alterius quia cuiuslibet subiecti cognitio scientialis dicitur aut practica: aut speculatiua: 7 ab obiecto summitur (ut patet ex p̄notatis) ratio speculatiua: 7 practica. ideo discutere uolumus dubitatione 9^a quid sit practica: quidue speculatiua. ubi uarie philosophorū sententię de speculatione 7 practica adiunctę fuere maioris gratia decisionis p̄positi negocij rationalis. ¶ Amplius ad logicalia descendendo: qz de non intelligibilibus non est scia per se. quum intelligibilitas p̄ se concurrat ad cuiuslibet subiecti scibilis assignationem: ideo uolumus dubitatione. 10^a. de secundarum intentionum intelligibilitate: 7 primario rationis obiecto p̄tractare. ¶ P̄terea qz quilibet habitus scientialis est alicuius scibilis habitus. ut uoluit Aristot. in p̄dicamento relationis. 7. 5. diuine speculationis. 10^a de primario rationalis discipline subiecto difficultate p̄. 1^a. discussimus. ¶ Postremo autē qz peripatetici uoluerunt logicam fore scientiam 7 modum sciendi omnium scientiaruz 7 suimet: ideo postrema dubitatione differuimus quid per logicaz dirrigere ratiois actus audiamus. 7 qualiter fiant plurimę intellectus reflexiones. 7 quid per illas cognoscat perq̄ necessarias annectentes difficillimam dubitationem. qualiter logica sit sui ipsius directiua cum reprobatione uulgarū opinionum.

Est igitur philosophan ^{tib⁹ manifestuz} quantum fuerit nobis opere p̄recluz de p̄notatis disserere substinētibus logicā esse de necessarijs cognoscendis. 7 ipsius subiectum per habitudinez ad rationalem disciplinam (ut rationis terminum concurrere ab ipsaqz p̄suppositum ueluti ab actu rationis atqz diffinitum: ceterisqz ad rationalem doctrinaz pertinentibus perfectius: 7 adaequatum toti dialectice noticie non interrogabile in ordine ad p̄p̄rias passiones: sed esse genus ipsius scibile determinatum: a quo rationalis cognitionis denominatio summat: ueluti ab obiecto speculabili: cuius cognitio solummodo speculatiua iudicetur: 7 a ratione per se conceptibile perfectate exclusionis obiecti medij p̄cogniti ratione p̄p̄rij gradus entitatis: quod quidem logicę subiectum syllogisimum stabilire uolumus: ex ueriori peripate-

ticorum sententia: cuius noticiam nedum scientiam: sed etiam modum sciendi esse uolumus ex Aristot. 7 Auerois intentione. ¶ In quorum laboriosa p̄scrutatione: si rationalis discipline limites excessimus peripateticis atqz theologis sententijs: maxime Aristot. atqz Auerois: necnon subtilissimi Joan. Scoti: atqz Alberti: cū diuine: tū nālis phie: discussę m̄e p̄dere coacti fuimus. non enim potuerunt dubitationes omnibus fere philosophantib⁹ grauissimę: cognituzqz difficillimę dialectica quadam narratione p̄tractari: quum probabilia potius opinionem q̄ scientialem noticiam aio cōgenerent. 7 eo magis quoz logicalia considerari nequeant absqz rerum p̄p̄rietatibus ueluti est approbatissima philosophoz consuetudo Auerois Alberti Jo. Scoti 7 plurium aliorū qui nihil etiā in dialecticis peramurum discussere absqz aliaruz scientiarum annotatione. Scientie nāqz adinuicē cōnexionem habent: atqz dependentiam. ut patet discurrenti per omnia philosophorum uolumina. in quorum capescenda cognitione studiosi non expauescant: audacibus nāqz fortuna sepius opitulatur. ¶ Uolumus ergo ex ueriori Aristot. intentione questione 7 formare confirmantes ipsam: ex his que censuerunt peripatetici: 7 in diuina speculatione: 7 in naturali: atqz rōnali quo promptius expeditiusqz rei uitas elucesceret animis instituendis. qui quidem si p̄determinatas ueritates attigerint. ne dum rationalem disciplinam consequentur. Sed omnium scientialium cognitionuz naturam: atqz scibilium rationem pertingent ex intētionē peripatetica: 7 hęc hactenus de p̄notatoruz causa narrationis: atqz totius p̄positi negocij discussione fatorum prima fauente causa: que totius est machinę mundialis incomprehensibile principium.

Explicit Speculum Rationale quod eximius artium 7 medicine doctor Antonius de Santis Taruisinus edidit ac diligentī cura Simon de Lure impressit sub eodem auctore accuratissime castigatum.
Venetijs. 23. Martij. 1504.

Registrum.

a b c d e f g h i k l

Sum gratia et Priuilegio.

Franciscus Maurocenus Artium Cultor Clarissimus in omni virtutum genere Viri Magistro Antonio Trombeta Patavino ordinis Minorum provincie sancti Antonij Ministro. Magistroque Hieronymo Monopolitano Publicis metaphisicis in almo Patavino gymnasio professoribus. Magistroque Mauritio Hybernico Ordinis Minorum Hybernicis provincie Ministro. Sacreque Theologie exploratori ordinario: atque Eximio Sabiello Terbo Veronensi Theoricis medicine Professore. Clarissimoque Petro Pomponatio Mantuano philosophicis naturalis Publico Interprete. S. P.

Quom preclara virtutum facinora Viri Celeberrimi non modo laudabili deorum instituto: verum etiam sapientum ferme omnium consensu ceteris et corporis et fortunę bonis antecellant: vnumquęque profecto mortaliū naturali rationis dictamine deductus summa ope eniti: omnibusque animi viribus incumbere deceret: ut hęc sibi tantummodo compararet: comparata diligenter: dilecta denique omnibus veluti corporis: ita et fortunę commodis anteferreret: supereminensque deorum munus ex nature opera mortalibus institutum esse recenseret: Aristotele auctore in his que de moribus inscripsit. ultima quippe hominum beatitudo est ipsa cognitio veritatis. Hac enim de causa non modo prisorum seculis Dyogenem Democritum et Pythagoram plurimosque innumeris preconijs insignitos: verum nostra quoque tempestate studiosissimam precipui decoris et glorię virorum copiam reperio. per lucundam amicorum vicissitudinem: singularem patrię dilectionem: suavissimas denique parentum delicias virtutis capescendę gratia dereliquisse: peregrinisque laribus. ubi maiora virtutum stēmata claruissent. laboriosis per longa temporis interstitia studiorum vigilijs sese implicuisse: ne solummodo eos nitidissimo aut parentum splendore. aut arridentis fortunę suffragijs. aut mira denique corporis uenustate gliari deceret. verum potius auctore Seneca. preclaris Minerę laureolis ex culti ceteris prestatet. Quibus optimis institutis ipsi quoque a patrijs laribus disuncti educandi animi gratia hoc in florentissimo peripateticorum gymnasio nuperrime versati sumus: ubi quom singularis ingenij comes: precipuaque sapientię ministra veluti potissimum eruditionis adminiculum ea sit. que in differendi peritiam descendit. verumque a falso distungit. perspicuis circa Aristotelis et Averois documentis inuigilauimus. assidua presertim Eximij doctoris Antonij de Fantis opera. qui non minus perdifficiles Aristotelis et Averois conceptus mira exponendi concinnitate aperit. ad calcemque rimatur. que sepius ac sepius proprijis aliquid ingenij viribus elaboratum studiosis prestare nititur: quem non modo summis doctrine laudibus cumulatum cognouimus. uerum per grandis eius dexteritate omnibus litterarum affectatoribus aspirare. Superioribus is quippe annis quom publicam sepius exponendi Aristotelis et Averois gratia hoc in Patavino gymnasio puincia suscepisset. plurimas in abditissimos Aristotelis et Averois passus lucubrationes edidit: hisque presertim in locis. ubi omnis ferme philosophorum controversia consistit. ne tanta philosophantium enigmata. subtilissimaque paradoxa cognitu peropportuna lateret. quas etiam quom spectabilis comes preclaris non minus omnium virtutum que strenui generis dotibus insignitus Nicolaus de comitibus utriusque amantissimus non mediocri studiosis documento futuras esse conceperet. sepius ac sepius impressoribus exponendas persuasit. qui demum amicorum uotis annuens ex inata sui erga nos humanitate nobis destinandas excudi curauit. Ipsi vero non minus honoris et bonarum artium cupidus que publicę utilitatis Pythagoricam sententiam secuti nihil. vix absque malorum consilio et ratione faciendum esse. Nos tunc Viri prestantissimi. qui fulgentissimo virtutum uestrarum splendore toto terrarum orbe renitentes: hac de re consulere non dubitauimus. et ea precipue de causis his in editionibus plurima cum theologorum tum philosophorum discrimina subtilissima veritatis indagine enucleari videantur. et ea quippe que subtilissimus Joannes Scotus diuino potius que humano ingenio cognitu rarissima mortalibus dereliquit. que cum singulari uera prestantia doctissimoque consensu excudenda nobisque dedicata pro nostris non minus que studiosorum commodis laudaueritis. nullis profecto iuudorum liuoribus perterriti ea que proximis in lucem prodiri non dubitabim. Valete clarissima mundi Sydera.

Antonius Trombeta patavinus ex minorum ordine sacre theologie Magister Francisco Mauroceno Ueneto patrio. S. P. D.

Lectis phumanis ac eruditis litteris tuis Francisce Maurocene non minus acute quam generose: statim Pythagoreum illud aureum cepti mecum ipse animo uoluntate. Ne te prius molli somno tradideris: quare diurna operater mente reuolueris: ex qua diligenti demum consideratione illi recte sensisse uisi sunt: qui in hac uita nil turpine: nil sedius: nil denique flagitiosum magis existimauerunt: quam desidia aut torpore elanguentes. nil amicis prodesse: nec posteris monumenta relinquere: quibus nos aliquando uixisse erudita posteritas testaret. Mortalitatatis enim nos omnes rerum omnium natura vinculo constrinxit: sed ab ea iniuria dum alijs nostra opera aut industria entimur prodesse: haud difficulter nos absoluiamus et vindicamus. Quamobrem non mediocri reprehensione digni uidentur: qui tot annos interpretandis auctoribus impendunt: nec seipsos (si aliquid deficerent) stimulant: urgeant: atque liberius accusent: nihil adhuc in eorum officina excussum in lucem prodigisse: quo sibi laudem: alijs uero utilitatem eruditionis nonnullam comparassent. Sunt tamen: qui ut partem potius que abortiuum emittant: ne pro laude ignominiam consequerentur: sepius ac sepius repetentes rem paulo altius intuentur: et tantisper cunctandum censent: donec ad maturitatem sensum fetum peruenisse cognouerint: ne semper Pythagore institutum aliquid sine ratione facere consuecant. Quibus hercle incitationum stimuli non sunt acris adhibendi: dummodo eos ad inertem uerecundiam progredi minime patiamur: In huiusmodi turpissimum erroris discrimen ne incideret Antonius de Fantis tuus uel potius noster ab Aristotelica et peripateticorum doctrina principium auspicatus: ne sibi tantum (ut Plato inquit) natus uideretur: omnes bonarum artium affectatores immortalis beneficio deuinxit. Nam eius uigilia non minus ingenio quam labore lucubrata: uina cum litteris tuis ad nostras manus peruenere. Ubi profecto plurima est uidere: que sicuti sunt miro artificio elaborata: ita et uiri memoriam seruabunt: et usum publicum non mediocriter augebunt. Uidebis enim que apud Aristotelem: Auer. Scotum: Diuumque Albertum exquisita sunt et recondita: adeo diligenti examinatione: sub-

lissimisque rationibus explicata: ut quid ulterius in eis desiderari possit: videam profecto nihil. Campus enim totum percurrit: nodos omnes persolvit: aliorum prolixitatem perstringit: et qui antea capti fuerant allucinatione: eos facile prebeat intuendos. Nec ob eam causam hominis censuram fastidire debemus: cum hec sit (ut sapientissimus affirmat Plato) philosophi conditio precipua: ut sit natura verax: et ab omni mendacio penitus alienus. Quid plura: nihil in eruditissimo peripateticorum dogmate tam arduum: tam difficile reperitur: quod eruditionis altitudine: doctrinaque profunditate non expediat et conficiat. Et quoniam prudentis non est invidiosus aut detractores sibi defuturos existimare: qui benefacta contrabant: et exulcerent: sunt tamen apud Antonium cuncta probatissimorum auctoritate munita: ut licet maliuoli cavillari aut maledicere quotidie meditentur: eorum tamen caninis dentibus corrodendi aditus non patebit. Quamobrem Franciscus generosissime huius laudatissimi operis a laudato viro oblationem manibus et pedibus (ut proverbio dici consuevit) tibi sumendam percensemus. Nec te operis magnitudo et profunditas ab instituto deterreat: immo quo meliora sunt: que ab amicis tradunt: eo letiori vultu sunt suscipienda. Es preterea cum quovis tue etatis conferendus: sicuti omnibus Patavii degentibus patuit: cum publice aut private liberalium artium cultores de litteris decertarent: cuius etiam egregia indoles futuram in te bonorum omnium prestantiam indicat et demonstrat. Unus illud est in te vel maxime mirandum: quod nulla eges amicorum hortatione (quemadmodum reliqui ferme omnes) ad eam laudis viam: quam maiores tui preclarissimi rerum gestarum gloria effulgentes tibi tritam reliquere. Cum enim ab ineunte etate sis optime institutus: et honorum semper ac sapientium amplexeris consuetudinem: quam optimi sint futuri tui successus presagia tenemus: sed quia non eo consilio ut te laudibus ornaremus: scribendi provinciam sumpsimus: maiora enim sunt in te: quam que dici possint: redeat igitur unde nostra defluxit oratio. Cum nil melius sit: nil laudabilius: nil denique honestius quam id elaborare: quod ad communem omnium utilitatem pertineat: te imprimis hortor: ne diutius immoreris: sed cum primum licebit Antonij labores eruditissimos impressoribus committas. ut que tuos omnes non minus gratitudinis quam utilitatis merito afficere valeas. te imprimis valere cupio: et nos (ut facis) amare.

Hieronymus Monopolitanus ex predicato ordine Franciscus Mauroceno Veneto patricio generosissimo. S.

Tria sunt Franciscus nobilissime in hac inferiori nostra regione existantia: que cum Aristotelis: tum peripateticorum omnium consensu bonorum sibi nomen vendicent et assumant. Ex omnibus tamen virtuti tantummodo precipuo quodam deorum munere conceditur: ut cum mortalium vitam quiete feliciterque traduxerit: eis deinde ad superas celestesque sedes facillimum prebeat evolutum. Ubi sempiternum bonum illud consequuntur: cui licet omnia circumspectas et collustres. nullus tamen in mentem venire poterit: quod sit aliqua ex parte anteposendum. Ibi enim animus noster suapte natura diuinus celesti ambrosia perficitur: qui extremum ac peroptatum finem sibi a rerum omnium opifice constitutum adeptus nullius rei desiderium ulterius patitur. Non me preterea maxima esse omnino ac optima nostra presertim tempestate fortunae et corporis comoda: quippe que ad bonas artes capescendas aditum et presidium prebeant non mediocre. At ea quibus suo in genere eminentissimum locum obtinuerint: cum virtutum fructibus quibuscumque minime sunt conferenda: cum hec sint non modo fortunae ac morbi: sed etatis etiam ingrauescentis vitij talisque obnoxia: quorum assidua concalcatione plerumque adeo conteruntur: ut ne vestigiis quidem possit supesse. At virtus non in fluxu versatur (sicuti Sapientissimus asserit Plato) sed semper eodem modo consistit: non etatis vitio deflorescit: non morborum aduersitate contrahitur: sed eius semper floridam ab omnique parte perfectam videbis possessionem. Ad hanc esse nostris si non sapientissimis amicitissimis certe ac fidelissimis admonitionibus cohortatus: nisi te tua sponte satis incitatus esse conspiceremus. Quae enim ad philosophiae perfectionem Plato requisivit: in te non desideramus. Es namque ab ipsa natura sic institutus: ut ad omnia disciplinarum genera facilis ac promptus existas. Quamobrem si generosum te quispiam nuncupaverit: non facile decipietur. Dixit enim Plato generositatem esse moris quandam virtutem: ac animi ad dicenda pariter et agenda facilitatem. Nec tibi deest duplex illa memorie perfectio: ut que semel aut ingenio tuo excogitatus: aut aliena lectione excerptus animo infederit: id nulla penitus sit unquam expulsa obliuio. Quis in te preterea non admiretur animi magnitudinem: mirificam studij vigilantiam: et non tantam quam viuendi tenes exactissimam. Omitto rebus in omnibus mansuetudinem: nam cum generis claritate: diuitiarum copia: corporis uenustate: animi demum mirificis dotibus nulli sis hac nostra etate secundus: cum etiam tamen sine ullo discrimine aures quam facillimas benignissime prebeas. hec ante tempus maturitas cum per etatem tibi suo artificio exornare licuerit maiestatis: Quis sublimitate et fastigio maior augustiorque efficiet? Tantam de te apud omnes expectationem concitasti: ut licet nobilissima Mauroceno domus familia plurimos in omni virtutis genere viros habuerit preclarissimos: eos tamen rerum gestarum gloria te equalem futurum confidamus. Sed ut satis tandem tue faciamus petitioni: que fuit an Antonij de Fantis viri sane per eruditi operis dedicationem tibi summandam arbitrarer. Si te mehercule vel nutu ipso ab hoc alienum redderem: nominis eternitatem tibi proorsus arripere omnibus viderer. Nullus enim est humanarum rerum tam ignarus: quem huiusmodi munerum gloria fugiat et pretereat. Librum quem ad nos una cum litteris tuis mittendum curasti: oculis ut morem tibi gereremus prosecuti sumus: in quo profecto sunt non pauca precipue acute dicta: que licet nostro longe discedant ab instituto: suas tamen subtilissime partes tuentur. Multa enim apud Aristotelem et Auerroem que hactenus in tenebris versata sunt: clare dilucideque apert: in quorum resolutione et si Scotti potius quam Diui Thomae doctrinam videat infecutus: utriusque tamen perutiliter opus ipsum perlegendum arbitramur. Nam opere precipuum est dissidentium quoque opinionum peruidisse. (sicuti. i. metaphisice. 2. 45. testat Auerrois) ut cognitio aduersariorum telis nostra cautius tutari valeamus. Nec ob id quod tamen plerique faciunt quod nostris non insisterit vestigiis hominem duxerim non laudandum. Quamuis eius sumus sententia: ut qui a nostro dogmate diuertat: et consilio sit opus: unquamque tamen in sua opinione plurimum posse proficere: multumque sibi laudis adipisci non negamus. Quae igitur (ut paucis absoluam) industria et labore euigilauit: si futuri in te virtutum splendoris presagio allectus tibi offert et dedicat: gratias

iucundius ue suscipias: quas si aut auri aut argenti plurimum afferret: cum nō uana: sed eternitatis munere donata bona virtutis perspicias. Vale: z nos ama: cum te id mutuo facere perspicias.

Mauritius Hybernicus Minoritani ordinis sacre theologie Magister Franciscus Mauroceno Patrio Veneto. S.

Arduum patris seculis discrimen extitisse ferunt Franciscus magnifice: quid nā cum bellis dempta corporis imagine in nobis comune non esset: Epicurus quippe omnis animi litterariae exercitatione abiectione: caducisque corporis detractis illecebris nihil appropriatum: nihil immortalis gloria dignum: nihil denique diuinum mortalibus inesse percipuit. supremamque hominum beatitudinem in fragilibus sensuum delictis: aiumque simul et corpus corruptioni obnoxium putauit. Heraclitus etiam ephesus portione rationis extorques absque nulla rerum cognitione infallibili quid nobis cum dijs esset comune penitus ignorauit: Demosthenes autem et Pythagoras Plato Crisippus et Aristoteles ceterique bonarum artium cultores. diuinum quoddam aial atque terrestre hominem esse duxerunt. ueluti quoque medio est portio namque extremorum sapere: aial ita rationale esse orisonem inter supremas infimasque nās utrarumque princeps conformemque utrisque asseruere: quam admirabilem copaginis humanę disponez Romanę hystorie auctor Crispus corroborauit. Nostra inquit omnis uis in aial et corpore sita est: animi impio: corporis seruitio magis utimur. alterum nobis cum dijs: alterum cum bellis comune est: uanāque deinde Epicuri et Heracliti opinionem aspernatus subdit: Quo mihi recte est uidet ingenij quod uirtutum opibus gloriam querere: et quoniam uita ipsa qua fruimur breuis est: memoriam nostram quod maxime longam efficere. nam diuitiarum et formę gloria fluxa atque fragilis est: uirtus clara et eterna habet: neque sopito in quiete ingenio uiuere licet: ueluti multi mortales dediti uentri atque sono idociti incultique uita sicuti peregrinos transire: quibus profecto contra naturam corpus uoluptati: aial oneri fuit: quorum ego uita morte que iuxta existimo: quoniam de utraque scilicet. Uerum enim uo is demum uiuere atque frui aial uidet. qui aliquo negotio intentus periculi facinoris aut artis bonę famam querit. Hęc aurea sententia Crispus. quam lepidissima tua epistola Franciscus geniosissime secutus bonarum artium studiis: infragilibusque dedicatis elucubrationibus te immortalis gloriam appetere pensimus: quod profecto insigni tue indolis instinctu laudamus. ne sola nobili aut parentum uenustate: aut precipua corporis pulchritudine. aut innumeris fortunę dotibus gliaz compares. uerum potius periculis animi dotibus referat oium ferme sensu laudatus extollendusque uidereris: quod uo nuperrime nos Pythagorico more persultaueris quid nam de lucubrationibus Antonij uigilijs tibi que dedicatis arbitraret: duo hec sane omnia iudicio adeo manifesta: adeoque perspicua esse debent. ut nullus nisi fortasse detractoribus pretendendi locus accomodet. auctor namque bonarum artium studiosissimus omnique disciplinarum dogmate referat hoc in florētissimo Patauio gymnasio in educandis ingenijs tui legendo: tum disputando iam pluribus annis non minus elaborauit. quam plerique assidua ipsius opera suprema uirtutum fastigia nacti fuere. suas quippe lucubrationes adeo lectitauimus. ut omnes fere precipuos Aristoteles et Auerois passus: et in dialecticis et in phisicis atque metaphisicis: nec non subtilissimam doctoris nostri Jo. scoti complexus fuisse uideat: quos maximo studio omnes emolumento futuras arbitramur. si eas impressoribus exponendas curauerit. quod uo eas non tuo nuperrime destinās immortalis te gloria illustrauerit. supremamque decorę attulerit. equissimum fore putamus. Hoc namque laudabilis patris usus. singularisque amicorum beniuolentię uicissitudo. sublimisque demum hac in nostra tēpestate Venetorum portio sumis laudibus extollenda indicat: quibus ob morum grauitatē: bene beateque uiuendi religionem: regumque demum gubernandi moderamen secundis adeo euentibus celicole conspirat. ut cōi oium sententia non minus adriacis fluctibus quam apenitis motibus Romam esse portituta facile iudicet. His igitur Franciscus magnifice noi tuo dedicatis uigilijs impressorum industria expositis. non modo singularem tibi gloriam. uerum etiam ingentem omnium cultorum beniuolentiam scias esse consecutum. Vale.

Sabriel Zerbus Veronensis artium et medicine Doctor. Franciscus Mauroceno Veneto Patrio. S.

Plurimi nostra quoque tēpestate extitere Franciscus geniosissime: qui bonis artibus et disciplinis exornati atque excelsi mortalium aios ita instituant et erudiant: ut non minus recte quam comode degentes in ferinos cultus ac mores minime dilabant. Quibus profecto (cum referre liceat) immortales potius quam magnas hūdas gratias existimamus. Maximas illis tamen ne dicam maiores hūdas ptenderim: qui terrena atque caduca reijciētes in ueritatis laudatissima perscrutatione tantummodo inuigilet et laborēt. Cuius perfidie hominum metes ueluti alarum precipuo munimine sustulit humanos limites facile transcendentes ad diuinarum rerum peroptatam cognitionem haud difficulter euolare possunt. Cum enim diuinus sit animus noster et immortalis: diuinis et immortalibus institutis ueluti suauissimo nectare alendus relinquit. Enitendum est igitur (ut inquit Crispus) ne uita silentio transcamus: sed potius ut non tantum nobis ipsis (sicuti diuinus Plato asseruit) sed amicis etiam nati uideamur. Quam sententiam Antonius de Fantis diligētissime perscutus uir mehercule apprime eruditus: ac de bonis artibus quam optime meritis sibi perpetuo nois decoris: amicis uo ac posteris utilitatis monumento. profuit non mediocriter. Nam que in Aristotelē eruditissime perscripsit: studiose et accurate plegimus: ubi complura ea admiratiōe perscusi sumus: ut et si rationalis disciplina hucusque non paucos habuit interpretes: qui in ueritatis indagatiōe miro studio usi sunt: huius tamen uiri in ea facultate. profunda doctrina castigataque eruditione opus fuisse ptenderim. Eo enim studio: diligentia: cura denique usus est: ut si cum precedentibus uel eruditissimis eius scriptis contuleris: necessaria potius quam superuacanea proculdubio existimabis. Non enim tibi tantum ubi aliorum interpretationibus minime est assensus: sed omnibus in locis (ut intuēti patet) nihil loquitur nisi Aristotelis et phantiarum pipareticorum perferit auctoritate ita ratum: ita firmum: ita denique corroboratum: ut iudicis aut maliuolis detractandi locus minime sit relicto. Et si nonnuquam in aliorum opinione aut sententia inuectus uideat: amore potius quam odio est. perssequendus: noui enim mores homines ingenium: nec illi cura est alios redarguere: sed ut facilio: aptior: uiozque sit Aristotelis lectio. Preterea tamen (ut inquit ille) amicus sit Socrates: amicus sit Plato: amica tamen magis uita esse debet. Quis enim tato ingenio: tanta doctrina: tanta demum sapia ita habundauit: ut nisi que respicere potuerit: Succurrat illi dicitur ac. puulgarum: bonum quicquid dormitat Homerus. Tibi uo (ut me ad tuam aliquam portiam petitionem) Franciscus Magnifice huiusmodi dedicationem lero bylarique uultu suscipienda censeo. Nec tibi ob id quod nuperrime ad militiam accesseris est timendum: nam eo es ingenij acumine portitutus: ea morum grauitate decorus: ea denique studij cupiditate affectus: ut quanta de te in primis literarum ingressibus exci-

taueris expectationē: illi te pro cōperto habeam ita rñsurū: ut in viros in oi bonoz gñe tuę gñosissime do-
m^o pclarissimos: nō modo fortunę ac corpis munere: sed vrtutū ornamēto sis nō imerito enumerāndus. Quā
obzē omni studio: ac diligētia tibi in p̄mis curādū reliquit: ut sicuti tuis icitatiōib^o (quę admodū ex te reddi
ti sumus certiores) opus illud exq̄sissimū est absolutum: ita etiā tua cura ac ope ip̄zessoribus q̄cissime tra-
datur. Qd si feceris: ois dialecticę facultatis plurimū tibi debebit studiosa iuuetus: quā scis semp rerū noua
rum mira cupiditate affectā: z perpetuo amoris vinculo posteritatem oēm videberis deuinxisse. Valeas: z
ualitudinē des operam simul z litteris.

Petrus pomponatius Mantuanus artium et medicinę doctor Franciscus Mauroceno Veneto patricio. S.

Cum Antonius de Fantis vir sane perdoctus acutissime Franciscę Maurocenę iam dudum annotationes quas
dam in Aristotelis dialecticam conscripsisset: eas (ut tuę nobis litterę declarauere) tuo nomini dedicandas
curauit. Verum quę ingenij tui est acies maxime p̄spicax: ne rabidos canum latratus subires: antea quam
te ad tātum opus exponeres suscipiendum: nostram hac dare sententiā petere non dubitasti: in quo Crispi
psilio videris adhesisse: inquit enī Crispus. prius cōsulto: ubi vō cōsuleris: mature facto opus est. Si te pro
fecto ab hac laudabili: perhonestā: fructuosa demuz prouincia quouis pacto deterrere videremur: malignita-
tis esse mus uel amicorum iudicio magnopere reprehendendi: cum z tuam (cui omnia mehercle ornatissi-
ma esse cupio:) z utilitatem omnium proculdubio fastidirem. Nam illa cōmentaria accuratissime perlegim^o:
nihil in eis non acutum: non disertum: non castigatissimum deniq; recognoui: ita nempe diligenti subtiliq; ra-
tione quęq; subtilissima perscrutatur: aperit difficillima: singula componit: cauillatiōes regit: explanat asper-
rīma: ineptissima corrigit: ut cum in inuestiganda ueri cognitione: tum in fallacijs refellendis: quem nostra p̄ta
te huic facile p̄feram: habeam profecto neminem. Adiuncta est p̄terea mirifica quędam breuitas copio-
sa. eximia claritate detecta: ut nec necessaria succito p̄termittantur sermone: nec multiplici rerum copia stu-
dentium memoriā sepe confundens a studio eorū animos alienet. Quid multa: summa est in eo arguendi
facilitas: diluendi ratio: corroborandi vis: multa deinde ab alijs incuria quadam omīssa breuiter p̄stringun-
tur. Quamobrem si te (ut retulimus) a tanto taliq; munere dehortaremur: non te timē: sed rationalis disci-
plinę studiosos omnes clade maxima videremur affecisse. Et licet in aliorum lectionibus non parum sis ad
huc discipline adeptus: te his quoq; operam nauare cohortamur. ut humeri tui ad maiora suscipienda indies
magis ac magis constituantur. Si enim Antonij tui eruditissimas elucubrationes cum superiorum scriptis
contuleris: mirandum tibi plurimum relinquetur: non minimaz breui temporis interuallo reruz scientiā per-
cepisse. Hęc igitur Franciscę nobilissime tui p̄ceptoris munera leta frōte suscipias: z omni cura ac studio in-
cūbas: ut q̄ diligētissime imprimant: ut oēs dialecticę artis amatores z illi qui ut vniuerso scholasticoz cetui
cōsuleret tātū laboris sumē nō recusauit: z tibi qui ea in lucē pdideris sūmas z agāt z habeāt grās. Siquis
autē erit (q̄d minime arbitroz) qui liuoris ueneno uos perfudisse libuerit: antidotū ad hoc q̄ optimū p̄para-
uimus: quo rabies omnis ac virus inimicorum iactura non mediocri tolletur. cura ut ualeas nostri memoz.

Antonius de Fantis taruisin^o artium z medicinę doctor. Magistro Antonio Trōbetę patauino ordinis minorū
prouincię sancti Antonij mīstro: atq; Magro Hieronymo monopolitano p̄dicatorū ordinis meth^o ordinaris.
Clarissimoq; sacri lumis Interpreti Mauritio Hybernico minoritani ordinis Hybernicęq; puicę Mīstro.
Eximioq; artium z medicinę doctoz Sabiēli Zerbo Veronēsi theoricę medicinę Interpreti. Ac Excellētissi-
mo Petro Pomponatio mātuano artium z medicinę doctoz nālisq; philosophię ordinario. S. P.

Plurimos in his mortaliū seculis uaria suffragiorū ope nobis Viri clarissimi nā cōciliauit. uerum nulla nos ma-
gis: q̄ eorum qui ex altrice mīnerua pdissent. charitate deuinxit. eaq; in his p̄sequēdis atq; excolēdis curaz
esse uoluit. sicuti vnūquęq; paternę obseruatię obnoxii esse deceret. hinc est p̄fecto nos ppzio rōnis dictami-
ne cōpelli. nullis vnq; corpis aut ingenij virib^o (ojs ip̄s z parētib^o. atq; his demū. qui nos insignib^o mīner-
uę uotib^o illustrant) pdignas hēre grās. Aristotele auctore in his. quę ad Alexandrū macedonē inscripsit. nī
hil p̄z oib^o eligēdū iri. q̄ ea quę ai cōmoda supi cōtulere. cetera nāq; fragilia. lōgeq; ab oi decore semota: q̄s
ob res quom nōnulla supiorib^o annis laborū fragmēta. n̄ arūq; uigiliarū pludia (his p̄serti in locis. ubi pho-
rū pleriq; magnis anfractib^o laborauere) nullis fortasse tp̄ib^o in lucē pdiri excogitata. scōis mō uris auspicijs
in fortē meliorē e uolui p̄ferim^o. Ea p̄fecto bonoz serie plurimū allecti uobis oib^o nō mīn^o q̄ ojs aut parē-
tib^o deuinctos eē nō dubitauim^o. illudq; Carneadijs Lyrrenei de Crisippo recēseri. qui purā mortis imaginē
extitisse referebat. nisi Crisippus fuisset. in eādēq; diuinus Plato sniaz deduct^o p̄z oib^o nāq; opa cōmodis in-
stituit. eū sub Socratico sapie clypeo d̄certasse gliabat. n̄ arq; pariter vis animi (nisi p̄gradi vrtutū uestrarū
splēdore) cetis ab aiantib^o nō lōge p̄staret. O felicissima deoz d̄creta. O florētissimūq; pipateticoz gymna-
siū. ubi sacra theologoz Ingenia. ubi nāq; artifices Hippocras z Salen^o. ubi deniq; ai cōpositores Aristote-
les z Auerois hac in n̄ra tēpestare reuiuiscūt. Cōcinna q̄ppe sepi^o ac sepi^o uras lectitauim^o eplas oi lepore oi
q; p̄stātia referēssimas. q̄b^o z lucubrationūculas n̄ras. earūq; gñosio Franciscus Mauroceno dedicationē ex inata
oīuz ura hūanitate. adeo cōmēdare dignati estis. ut nullis nos apli^o ificiēdos eē inidoz liuorib^o existimem^o.
magis nāq; a solo Socrate laudari Plato cupiebat. q̄ ceteris ab Atheniētib^o ad sydera extolli. Uellē itaq;
Supi tulissent Viri toto terrarū orbe celebratissimi. ut fertiliori igenio illō Aeschinis in referēdis gratijs no-
bis hodierna die suppeteret. qui cuz accepto munere q̄piā ad eiusdē reddēdi paritatē quadā nāq; lege cōpel-
leret. cōdignā saltē grarū actionē p̄spicuo olcēdi genere p̄fereret. cū vō tātis in me collatis beneficijs nul-
lū officij genus facile cōperiam aplissimis meritis equiparādū. uos oēs plurimū obsecro. ut equo hylariz ani-
mo. quicquid in nostra manu cōstitutum est. operam. industriam. atq; in oib^o uotis uris uigilantiā suscipiatis.
meq; tunc beneficiorum immemorem fieri putetis. quum diuinę lucis intuitus archana deitatis absoluet.
Ualete uirtutum fautores Integerrimi.

[Faint, illegible text at the top of the page, possibly a title or header.]


[Faint, illegible text line.]

[Large block of faint, illegible text, likely the main body of the page.]

[Faint, illegible text line.]

[Large block of faint, illegible text at the bottom of the page.]

[Partial text visible on the right edge of the page.]
C
ra
tu
ni
qu
ra
nu
tap



Et Bibliotheca P. Andrea.

9 7
18
27
2333

25
7
22



OSREDNJA KNJIŽNICA SREČKA VILHARJA
BIBLIOTECA CENTRALE SREČKO VILHAR
KOPER - CAPODISTRIA



880002506

COBISS

